952

utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nihil excipiendo et reservando
perpetuis temporibus dedit donavit et irrevocabiliter resignavit. Cui iam
exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per nobilem
et illius suos officio acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem
evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuri
dico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum per omnes proscri-
scriptiones terrestres cavet sub damnis terrestribus simpliciter taxatis et edi-
cendis. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria respon-
sione. Omnibus in universum iuris remediis se et suos successores ab his absolvendo.

## Srzednicky Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancen[sibus] personaliter comparens
Nobilis Simon olim Mathiae Srzednicky sanus mente et corpore existens palam pu-
blice ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino olim Nicolai Srzednicky
eiusque posteris aream suam sex sulcorum in bonis Srzednica sitam incu-
pientem a pariete ad Glinki prout et aliae areae extenduntur inter metas
Nobilis Alberti Srzednicky ex una et eiusdem donatorii ex altera parte
iacentem cum omnibus utilitatibus attinentiis et pertinentiis perpetuis et in ae-
vum dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Intromissionem
illi exnunc pacifica cum possessione officio acceptandam dat et admittit. Sub-
mittit se ac inscribit cum posteris suis memoratum donatarium suum et eius suc-
cessores ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum tueri de-
fendere evincere solus per nominis sui sub damnis terrestribus simpliciter
taxatis et edicendis et coram officio praesenti peremptoria responsione. Sine
ulla dilatione, evasione motione appellatione diffugio ac exceptione.

## Poniatowski Zempicze Cessio.

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancen[sibus] personaliter com-
parens Nobilis Mathaeus filius Stanislai Ręcka de Wrasowo[?] sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Joannis Po-
niatowsky et eius posteris de inscriptione terrestri super bona Zempicze sibi recogno-
+ scenti per eum modo donatoria coram actis praesentibus facta et recognita cum
omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sub accepta sua satisfactione cedit et con-
descendit. Omneque et integ[illegible] ius suum sibi ad praemissa competens de novo in
personam eius et ipsius successores transfert et transfundit. Intromissionem
illi exnunc realem cum pacifica possessione per nobilem et illius suos officio acceptan-
dam dat et admittit.

## Radziszewo siencu[?] Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancen[sibus] personaliter comparens
Nobilis Barbara filia olim Mathiae hoc consors Nobilis Mathaei Urzea-
sky cum eiusdem mariti sui et tutoris coniugalis assistentia et consensu praesentia-
neo